

opusdei.org

# Molitev sv. Ambroža

E-molitvenik za pametne  
telefone in tablice

27. Maj. 2020

Gospod Jezus Kristus, k mizi tvoje nebeške gostije se jaz, ubogi grešnik, bližam v svetem spoštovanju. Ne zanašam se na svoje zasluge, ampak na tvojo dobroto in usmiljenje. Srce in telo sem omadeževal z mnogimi grehi, misli in jezik sem premalo skrbno varoval. Zato se, usmiljeni Bog, ves v stiskah zatekam k tebi, viru usmiljenja, da me ozdraviš in varuješ. Tebe, pred katerim ne

morem obstati kot sodnikom, želim imeti za rešitelja.

Tebi, Gospod, priznavam svoje grehe in svoje slabosti, in priznam, da me je sram. Zavedam se svojih mnogih grehov, toda zaupam v tvoje neskončno usmiljenje. Ozri se name v svoji dobroti, Gospod Jezus Kristus, večni kralj, Bog in človek, ki si za nas ljudi umrl na križu. Usliši me, saj zaupam vate; usmili se me grešnika, saj ti nikoli ne dopustiš, da bi usahnil studenec usmiljenja.

Pozdravljena, zveličavna žrtev, zame in za ves človeški rod na lesu križa darovana! Pozdravljena, plemenita in dragocena Kri, ki pritekaš iz ran mojega križanega Gospoda Jezusa Kristusa in izmivaš grehe vsega sveta. Spomni se, Gospod, svoje stvari, ki si jo odkupil s svojo krvjo. Žal mi je, da sem grešil; želim popraviti, kar sem storil. Odvzemi mi torej, premilostni Oče, vse krivde in

grehe, da bom očiščen na duši in na telesu smel vredno okušati Sveto svetih. In daj, naj ta sveti dar tvojega Telesa in tvoje Krvi, ki ga nevreden hočem prejeti, izbriše moje grehe. Naj me popolnoma očisti pregreh, mi prežene slabe misli in obnovi v meni blaga čustva. Naj mi bo zveličaven vir tebi prijetnih del in naj mi dušo in telo krepko brani pred sovražniki. Amen.

---

### ***Latinsko:***

Ad mensam dulcissimi convívii tui, pie Dómine Iesu Christe, ego peccátor de própriis meis méritis nihil præsumens, sed de tua confídens misericórdia et bonitáte, accédere véreor et contremísco. Nam cor et corpus hábeo multis crimínibus maculátum, mentem et línguam non caute custodítam. Ergo, o pia Déitas,

o treménda Maiéstas, ego miser,  
inter angústias deprehénsus, ad te  
fontem misericórdiæ recúrro, ad te  
festíno sanándus, sub tuam  
protectiónem fúgio: et, quem  
Iúdicem sustinére néqueo,  
Salvatórem habére suspíro.

Tibi, Dómine, plagas meas osténdo,  
tibi verecúndiam meam détego. Scío  
peccáta mea multa et magna, pro  
quibus tímeo. Spero in misericórdias  
tuas, quarum non est númerus.  
Réspice ergo in me óculis  
misericórdiæ tuæ, Dómine Iesu  
Christe, Rex ætérne, Deus et homo,  
crucifíxus propter hóminem. Exáudi  
me sperántem in te: miserére mei  
pleni misériis et peccátis, tu qui  
fontem miseratiónis numquam  
manáre cessábis.

Salve, salutáris víctima, pro me et  
omni humáno génere in patíbulo  
Crucis obláta. Salve, nóbilis et  
pretiósse Sanguis, de vulneribus

crucifíxi Dómini mei Iesu Christi  
prófluens, et peccáta totíus mundi  
ábluens. Recordáre, Dómine,  
creatúræ tuæ, quam tuo Sáanguine  
redemísti. Pœnitet me peccásse,  
cúpio emmendáre quod feci. Aufer  
ergo a me, clementíssime Pater,  
omnes iniquitátes et peccáta mea, ut,  
purificátus mente et córpore, digne  
degustáre mérear Sancta sanctórum.  
Et concéde, ut hæc sancta prælibátio  
Córporis et Sáanguinis tui, quam ego  
indígnus súmere inténdo, sit  
peccatórum meórum remíssio, sit  
delictórum perfécta purgátio, sit  
túrpium cogitatiónum effugátio, ac  
bonórum sénsuum regenerátio,  
operúmque tibi placéntium salúbris  
efficácia, ánimæ quoque et córporis  
contra inimicórum meórum insídias  
firmíssima tuítio. Amen.

↗ Nazaj na kazalo

---

pdf | document generated  
automatically from [https://opusdei.org/  
sl-si/article/priprava-na-maso-molitev-  
sv-ambroza/](https://opusdei.org/sl-si/article/priprava-na-maso-molitev-sv-ambroza/) (2. Apr. 2026)